

NUMMI VOTIVI

MATTHIÆ ARCHIDUCIS AU-

striae; recusisusceptâ in Belgium profectiône;

Anno Christi 1578.



MATTHIAS Archidux Austriae (Sacratissimus nunc Romanorum Imper:) vigesimo aetatis suae anno, vehemente iterataque ordinum Belgicorum sollicitatione, ad provinciarum administrationem postulat, tandem eo animo, eâque spe conditionem accepit, ut res illic turbidas & in motu periculoso positas, ad pristinam serenitatem quietemque reduceret; qui etiam eo profectus, & pro gubernatore generali constitutus, Belgicis Statibus humanis-

simum & clementissimum se exhibuit. Verum cum diu multumque in rebus tranquillandis sudasset, animadvertissetque, Proceres illos & Populum à Rege suo aperte alienatos, adeoque incassum se laborare: accederent insuper Imperatoriae Maiestatis Rudolphi Secundi fratris revocationes, cum bonâ Belgarum veniâ 29. Oct. Anno 1581. maximis à Statibus muneribus acceptis, honorificentissimè illinc discedit. *Fieri nummum alterum curavit Invictissimus Caesar, cum ad regni Ungarici accederet gubernacula. Andromeda namque Ungaria est, regio pulcherrima, & aliarum facile Princeps. Vastata eadem à Tur-*
ca velut